

ANNO CHRISTI Oraclis prima synodi Lateranensis, habita per Egidium Pierobonem, Augustinianum ordinis generalem.

Nequam hoc loco non mirari existimo, cum tunc in urbe viri sint graviter copiose dignissimi facultate clarissimi, cur ipse unus qui cum luminibus his nulla sum ratione comparandus, & pro multis appareat, & in tantum praeferim re, tantoque confusa, quo spectatius sacratissimeque simili habet terram orbis, audiem verba facio. Dicam sane aliquid intercessione, quoniam ego non virtute illa aliis propulsus, sed quadam superiorum cum temporum, cum actionem ratione, & cæquam a causa ipsa invitatus videtur, qui primus hoc conditum cedum jaciam, & sacrolancti Lateranensis concilii auspicio capiam. Nam cum annis abhinc circiter viginti, quantum in me fuit, & pernixius viro tulete, evangelia populis interpretatus sum, prophetarum vaticinia spernerim, Joannis Apocalypsim de successu ecclesie, universi sermone Italiam conuicererim, ac superuenientem affirmaverim, eos qui tunc audiabant, ingentes ecclesie & agitationes & clades visuros, illiusque emendationem aliquando cospecturos: nunc par esse vilum est, ut qui hoc dixerat ventura, idem venire testetur: & qui togis exclamaverat, Videbant oculi mei salutaris tempora; jam tandem clamet: Viderunt oculi mei salutare sanctum que prioscipit expectata instauracionis. Modo adhuc, orbis iustificator, divini parentis proles, servator solipsitorum mortalium: deque viam miseri dicendi, orationi coquendam, patribus non verbis, sed ipsa re, veri, sancti, exacti concilii celebrandi, extirpandi vitia, virtutes excitandi, ad vulpes quis sanctam demoliendam vineam hac tempestate sculent, capundi: ac denique collapsum religionem in veterem peritatem, in antiquam lucem, in nativum splendorum, atque in suos fontes revocandi. Dicam itaque de synodo, & quam ecclesie commoda semper sit, & quam nostris temporibus necessaria: presulatus, oraculorum Dystylum me invertere non auctorum esse, sed integra, ut legi solent, verba atque orationes usurpatum: tunc quod homines per sacra immutari fas est, non sacra per hominem: tunc quod omnes iudeo, sic exaudierat eum, simplex sermo veritatis est. Atque a principio partitio illa in mentem venit, rerum alias divinas esse, caelestes alias, alias humanas. Divinas quippe, quod sunt motus ac mutationis expertes, emendatione non egerint: caelestes vero atque humanas agitationi obnoxias, instauracionem desiderant. Nam luna cum ad soles commercia venerit, sol cum a cancro in brumam descendit, quasi magno mortalium dispendio, damnata ab integrō reponunt; cogunturque, prescribente natura, lucis jacturam rependere, & quidquid cadendo abstulerint, ascensendo mortalibus restituere. Quod si ecclesia fidem itinerera, quamquam perpetua, immortalia, semperrena, redeunt tamen restituunturque, quidnam tertium hoc faciet rerum genus, ut ipse luxum, caducum, mortale? Profecto, aut interitu cito pereat necesse est, aut continua innovatione reficiatur. Quod enim est cibus corporibus, ut vivant; quod genitura generibus, ut perpetua sint; id prestat humanis animis suis pro tempore emendatio, cultura, disciplina:

A na: quamquam absque ciborum alimentis animalis dies vivere, tam humanae animae, tam ecclesia absque episcoporum probe agere non potest. Ac quemadmodum si pratis membris, si hortulis rives, si agris cultum, si vienies putationem, si denique viventibus alimenta subduceris, illa arecent brevi, fulvescere, hec vivere desinet atque emoriatur: ita ferme post Constantini tempora, quia ut sacris rebus multum adjecto splendoris & ornamenti, ita morum & vita severitatem non perturbarerant; quoties a synodis habendis cœlatum est, toties vidimus divinam sponsam a sposodeterictam, illudque evangelii factum, quod bene recitabatur: Jam modicum, & nos Iam. 26. videbitis me. Vidimus Christum in navicula obdormientes, vidimus ventorum rabiem, hereticorum furorem in candida veritatis vela irruentem. Vidimus perditem malorum audaciam aduersus iura, auctoritatem, majestatem ecclesie levigantem. Vidimus malas cupiditates, diram astri atque habendi futuram. Vidimus, inquam, vim, rapinas, adulteria, incestus, omnem denique scelerum pestem ita lacrymam profanaque misere omnia, ita in sanctam aviculam impetum facere, ut pene scelerum flagibus illa latus dederit, ac prope mersa & persumpta sit. Rursus cum eo montante spiritu, cui hodie supplicationes decreta sunt, patres ad synodum confugerunt, quoniam primum emendavere compoluereque omnia, ventis, turbibusque imperavere, & quasi in tutissimum portum delati impetum rationi, injuriam justitiae, virtutis virtuti, tempestates ac fluctus serenitati tranquillitatem cedere compulerunt, hymnumque cecinerunt sancto Spiritui, pectorum maris atque aquarum Deo: Aqua multa non Iam 8. permanens extinguere carborum. & illud: Jam Iam. 2. ubi transfit, imber abit & recessit: surge amica mea. Jacet enim sponsa, ut hieme fronde arborum: surgit reviretque synodorum studio, ut silva veris tempore revocato sole frondescunt, ad Solis redempti radios & secundi spirant Zephyri & leta plantaris germinant: ad synodum lumen & divini spiritus flant auras, & emortuus ecclesia oculi reviviscunt ac recipiunt lucem, ubi pars altera impletur oculi: Iorū modicum, videbitis me. Quod quidam nihil aliud sibi vult, nisi quod sancti Spiritus lux, quæ synodis omnis extinguitur, tamquam excelsus & fulice novus ignis, iterum accenditur & recuperatur in synodis. Ad hanc Iam. 16. Paulus apostolorum decus, cum salutis caput ostenderet, Absque fide, inquit, Deus placere nullo modo possumus. Atqui sine synodis stare non posset fides: absque synodis igitur salvi esse non possumus. Verum quod ratione dicimus, ut etiam experimento probemus, cogitandum nobis est, tres esse credendarum rerum radices, & quibus universa ecclesia fides manat. Prima divinitas natura unitas est. Altera, eadem in natura parentis, sobolis, amoris felicissima Trinitas. Tertia in virginis utero, prolis divinae concepcionis. In quibus veluti in altissimis apicibus ac sanctissimis montibus, & reliquo fidei partes novem & pietas universa fundata est. Fundamenta ejus in membris sanctis. Unitas nempe mons Dei occupatur, quod in una dumtaxat Dei ecclesia sit atque natura: Psalm. 67. & ut unitatem illam non solitariam, non sterilem, sed uberrimam secunditatem præditam co- Iam. 1. gitemus, ideo mons pinguis adjicitur. Corpus Marth. 20. vero in virginis Verbo junctum, monstem co- Iam. 21. gula-

ANNO
CHRISTI
1516.

MARCH. 14

gulatum vocat vates. Hec itaque tripartita illa A vinea est, super vertices montium sita, quam & futuram cecisiere oracula, & presentem evangelia indicavere. Sed jam perierat vinea: nam, ut testis est David, illam aper e Silva depopulatus erat, illam tumor philosophia vallaverat. Aries primum montem avellere conatus est, qui unitatem dispergit: Sabellius secundum, qui personas confudit: Photinus tertium, qui partum virginem impura temeritate labe factavit. Tres vechi impiissimi gigantes qui gloria cupiditate de rerum novarum studio illeci, monte loco movere aucti sunt, ut viam sibi facerent ad celum oppugnandum rescidendumque. Et erant iam voti compotes: nam que ipsi philosophia persuadebant, armis ea recipi principes imperabant. Philosophia nos argumentis urgebat, arma collatis signis oppugnabant. Illa præstigiis, hac vi fidem evertere conabantur. Illa invertere quæ credebantur, hac eos qui credebant perdere contendeantur. Illa in pietatem & animas, hac in corpora vitamque leviebant. Quid faceret divina sponsa jamjam peritura quo le verteret? quo confugeret? cuius fidem, cuius opem, cuius auxilium imploraret? Exhortebat tempestas, navicula mergebatur. Denique ne multis morer, nulla esfugiendi, nulla evadendi inventa via est, nisi Nicena synodus, ubi Silvestro ad clavum sedenti, & jamjam naufragium facienti, e celo se ostendens Deus, *Medica*, inquit, *fidei, quare dubitasti?* Ac statim divinis fulminibus & fidei montes restituit, & gigantum temeritatem disjectit: ubi ercta puella experimento didicit, cum quidquam sibi adversi imminere videat, nullum omnino presidium ad se vel vindicandam officacius habere, quam synodus, qua sola fit, ut nulle aquæ ecclesiæ caritatem extinguant, utque divinus spiritus in nostris animis mansioem efficiat, unicus, velut aquarum visor, tempestatumque potens, teste Moses, fertur super aquas. Nam vero quod de fidei dixi, quæ utique nulla esset, si lynodi influtio non fuisset; idem ferme de temperantia, justitia, sapientia, ceterisque virtutibus existimari velim. Omnes enim desideriam pro labore, otium pro negotio, voluntatem pro solitudine expetimus. Verum cum animadvertissum, quandoque fore, quod in synodis fit, ut census habeatur, ut morum & vite exploretur ratio, ut improbi reprehendantur, judicentur, plectantur; contra probi allicitantur, foveantur, attollantur; incredibiles stimuli appetendæ virtutis injiciuntur, ut homines colligant se, ut meliora deliberent, ut ad vitia relinquenda & ad virtutem capessendam accendantur, nihilque non honestum, nihil non magnificum moliantur. Illud, illud synodi discerniculum fuit, unde veluti ex equo Trojano tot clarissima ingeniorum lumina emicuerunt. Illa virtutem approbat, illa detestatio vitorum, Basilius, Chrysostomos, Damascenos, Grecie, Hieronymos, Ambrosios, Augustinos, Gregorios Italiam peperit: qui cum magna simillium turba bone Deus, quos libros, quæ scripta, quæ monuicenta, quod doctrinatum, quod disciplinarum, quod divini vel aurii vel argenti genus in Christianum atrium non congesserunt? Rem prætero nili tempus obliteret, minime pretereundam, de ecclesiastis rectoribus, de pastoribus populorum, in quibus quidem universa rei Christianæ sita est & summa & salus. Ut enim inferior hic mundus

celi tum motu, tum lumine regitur; ita Christianæ gentes a rectoriis suis, velut a celestibus pastoribus gubernantur: qui, si boni futuri sunt, necesse est ut & lumine disciplinarum fulgent, alios doceant, & motum sanctorum agionum exercentes, quæ docuerint, ipsi in primis & maxime agendo prætant. Hæc duo *Lxx. 11.* illa sunt, quæ & docuit pastorum princeps Christus, & cum lucernas ardentes gelare ad clare instituendum, & ad sancte agendum principios esse iustit, simul ipse misericordie exercuit, cum & las modi, & divini Patris sapientia fuerit, & sanctus sanctorum appellatus sit, quod probos omnes vita sanctimonia antecesserit: atque eas ob res, *Ego*, inquit, *suum pastorem bonus*. Quid vero ob utrumque bonum se dixerit testatur evangelista, qui capitulo cum scribit tum facere, tum docere. Quin & duodecim illi duces, qui super omnem terram constituti sunt principes, Spiritus afflati sumine, complecti, ita utrumque cali vim sunt affecti, ut etiam cali appellationem prospexit, ut vulgatissimum iactatur oraculum: *Cali Mal. 10. terrans gloriam Dei*. Qso monemur, eorum sectorum celebrandam esse gloriam, qui celum lucem sapientia, tum conversiones sanctimonia imitati consecutique sunt. Hujus itaque rei, quæ omnium longe maxima est, quanta cura synodis fuerit, historia memorat. Nam qui præstanti doctrine sanctam vite institutum adiunxerint, a synodorum patribus ex universo terrarum orbe conquishi, eversi, exornataque sunt, summa cum eligentium laude, ecclesiæ fructu, commodo, letitia, plausu populum. Quid illud omnium gravissimum ac periculosisimum loquer, quod nemo tempestate nostra non deplorat? injurias principum dico, legionum insolentiam, armatorum minas. Quid enim miserius vel audiri vel cogitari potest, quam ut cali terrarumque regina ecclesia aut vi servire, aut manus dare, aut grassantium tela pertimescere cogatur? Quæ quidem pestis adeo serpit hoc tempore, adeo insurgit, adeo invalecit, ut omnis illa ecclesiæ auctoritas, atque a Deo tradita libertas, eversa, proligata & plane extinta esse videatur. Quamobrem cave, Juli secunde pontifex maxime, cave etendas ullum mortalium quidquam melius salubrissime cogitasse unquam, quam ipse, Spiritu sancto monente, cogitaveris in synodo instituenda, cuius quidem nulli reges, nulli principes possunt vel decreta contemnere, vel iusta negligere, vel auctoritatem detrectare. Si qui enim forte pontificem ipsum per se inermem parviperdere ausi sunt, synodi auctoritate, principique & nationum consensu ac studiis instrutum mettere ac veteri consueverunt. Nam si synodorum res gestas repetamus, nihil illis potentiss., nihil maior, nihil munitus esse intelligemus. Synodo namque in Joannem Hispanum & Alphonsum Lusitanum, Redulphum imperatorem delignas, Gregorius X. Synodo Martinus IV. in Petrum Aragonensem animadvertisit. Synodo VIII. Bonifacius in Philippum regem decernit. Synodo & olim Gregorius alter, & patrum memoria Eugenius Grecam ecclesiam Latinam conjungit. Synodo in Fridericom imperatorem agit & IV. Innocentius, & Gregorius VIII. Quin in hac eadem sede omnium principe, & quæ vincere semper hostes solita est, vinci nunquam, non nisi lynodo & II. Innocentius adversarios dejecit, & III. Alexander Victorem sociosque superavit: & III. Inno-

ANNO CHRISTI 1512. **noceatus**: Othonem imperio submovit, & Mat-
tias V. hostilia tyrannorum arma dissipavit.
Et ne omnia persequar, quidquid laude, quid-
quid gloria dignum a Melchiadis state in ec-
clesia gestum est, aut ad hostem arecendam,
aut ad rempublicam compondendam, id omne
ad synodus originem sumptum, & proinde syno-
dus referendum acceptum est. Quid enim aliud
sancta synodus est nisi malorum metus, probo-
rum spes, errorum effectio, leges & restitutio
virtutum, qua demonum fallacia vincatur,
senus illecebera auferuntur, ratio amissam ar-
tem recipit, terris & celo justitia restituatur?
Redit siquidem ad mortales Deus. Nam si di-
xerat: Ubi duo vel tres mei nomini convenierint,
ad eos venio, ianque eos sum: quanta hac li-
bentius se conferet, quo non duo tantum, vel
tres, sed tot ecclesias capita proficiscantur? Nam
si angelos Joannes appellat ecclesiarum pasto-
res, quid est quod vel votis petere, vel preci-
bus a Deo conquisi non possit tanta simili fre-
quentia angelorum? Hic Eva ab exilio revoca-
tur, hic serpens caput tali premitur puerla
sanctoris: Abraham eductus e Chaldeorum
territorium, Agar ancilla obtemperat domino: fo-
dus cum Deo rursum fertur, animorum circum-
cisio introducitur. Hic populi relut in solitudine
fame oppresi, divinitos suppicias impetrant,
celi angelorumque panem recipient, & suau-
itate veluntur celestium epularum. Hic cum
hominum pectora tanquam laxe evaserunt,
Mosis virga percussa, aquarum fontes effun-
dunt. Hic thesaurus in agro abditus effodi-
tur, margarita emittit, lampades accendun-
tur, semina in bonam ferunt terram, hispiis
granum surgit in arboreum, & feraci oleo
oleaster inservit. O beata itaque illa tempora,
qua synodos suscepserunt! hec stulta, si
non agnoverint: milera, si non admirerint.
Et quoniam veteri synodorum commoda stri-
ctum attigimus, nunc quam brevissime nostra
dellibemus. Appello ergo te, Julii II. ponti-
fex maxime, summus ille te appellat Deus,
qui suam te gerere in terris vicem voluit, qui
e tanto iam pridem senatu te unum delegit
qui nouum usque in annum ecclesie sua te
sponsum defendit, qui & bonam cogitando
mentem, & magnam agendo facultatem de-
dit, quantam nulli majorum unquam praefis-
tit; ut scilicet praeiones abigeret, vias per-
gares, seditiones tolleres, dominum templum om-
nium que usquam vila sunt, magnificissi-
num excitares: militiam, quod nemo antehac
potuit, ecclesia armis magnis regibus metu-
enda faceres, ut denique imperium propagares,
ut Ariminum, Fuentiam, Ravennam, &
permuta recuperares. Qua etsi eripere tibi ho-
stis potest, quia tamen primus pontificum haec
omnia gestis, efficere nos potest. Magno-
rum enim principum virtus nos ex casu aut ex
eventu, sed ex consilio actionibusque censenda
est. Nunc rebus gestis hec duo deerant, ut
synodum vocares, & communis Christianorum
hosti bellum indiceres, & quae ab initio sem-
per cogitasti, spopondisti, decreveristi. Jam
Deo, jam Christiano gregi, jam tuis pretest
tum pietati, tum fidei. Ac scias, te bonos
omnes in magnam spem erexit, quippe qui
bellorum & malorum temporum injuria ad haec
diffendenda coacti quidem fueris, ad negligen-

Cenc. General. Tom. XXXII.

A da vero & deferenda non minis, non telis, ANNO
non cladibus adduci potueris: quoniam anima tua CHRISTI
constantia firmaveris, ut si fluctus, hec aque
quamquam multa firmam tamen caritatem tuam
extinguere non potuerint. Ille itaque Idem
Deus, qui prout haec omnia quo ad animum
excitandum enumeravi, immortalia beneficia,
his superioribus annis sum Bononia, cum Ro-
mano, cum etiam intra udes tuas extinctus ha-
benteris, in vitam revocavit, & ad hanc maxi-
ma operi gerenda reservavit, ut & ipse Deus
extincto pontifici manifestissimo miraculo, &
pontifer extinta ecclesia sanctissima synodo
vitam restituueret, atque una cum reviviscente
pontifice etiam ecclesia moribus revivisceret.
B Ille, inquam, Deus petit mandaque, ut
duo illa animo volentes, oures, perugas, &
quemadmodum propheta jubet, destras, e-
vellas, crudas errores, luxum, vitia: insci-
tuas, edifices, plantes moderationem, virtu-
tem, sanctimoniam. Ad hanc vero agenda, ^{Item. 2.}
cum alia permulta, cum principe exercitus
amisius excitare nos debet: quod equidem pu-
tem divina providentia factum, quo armis ec-
clesie alienis fetri cederemus, ut ad nostra re-
deentes, viatores evaderemus. Nostra autem
arma sunt pietas, religio, probitas, suppli-
cationes, vota, lorica fidei, atque arma lu-
cis, ut apostoli verbis utar. Ad que si syno-
di opera redibimus, ut armis non nostris infe-
tiore aliquo hoste fuimus, ita nostris erimus
omni hoste superiores. Venist, queso, in
mentem Mosis bellum, quod aduersus Amalec
regem gestit. Videbis populum Deo carum, ^{End. 16.}
gladiis fidantem, vinci semper: contra, sem-
per vincere precibus supplicantem. Ioseph exer-
citum in pristinum ducbat, Aaron sacerdos ^{End. 17.}
cum Iher ac Moze montem ascenderant. Illi
armato corpore cerebantur in hostem, hi Deum
purgato animo precabantur: illi ensibus, hi
votis agebant: illi ferro, hi pietate pugna-
bant. Vidimus utraque arma, milicie felici-
erit ac religiosius. Sed iam quae nostra sint,
Deo rem ostendente, cognoscamus. Dum
Moses, inquit, manus attollebat, ^{End. 18.} noster
vinceret exercitus: dum manus remitterebat,
exercitus inclinabat. At ne casu id factum
suspiciemur, in calce sermonis illius scribitur,
aduersus Amalec, hoc est in ecclesia hostem,
Dei manum ac bellum esse in generatione &
genetationem. Quibus quidem verbis monet ^{End. 19.}
Deus, utramque generationem atque utram-
que ecclesiam & Mosis & Christi, militia ar-
mis vinci, pietatis studio vincere: superari
telis decertando, sacra faciendo superare.
Freta initio suis armis ecclesia Africam cepit,
Europam obtinuit, Asiam occupavit, non
bello, non ferro, sed religionis affectibus &
sanctitatis opinione per universum orbem Chris-
tiana signa circumculit. At ubi sposa qua
tunc undique vocabatur, accesserabatur, expe-
rebaratur in vestitu deaurato, aureum paluda-
mentum ardentis spiritus ferreis Ajacis insa-
ni armis commutavit, imperium, duode-
cim " ducum partum sanguine, amisit, Asiam ^{spedatos}
& Jerusalem perdidit, Africam ^{israelit} Egyptumque
relinquere coacta est, Europe cum Byzanti-
no imperio & Gracia, bonam eripi sibi par-
tem vidit. Vox Dei est, dicens, fassis ^{dum latine}
Mosis manibus, votis, precibusque cessanti-
bus, Ioseph vinci, vincere Amalec: ita &
nos vidimus, cum religio vota ferro commu-
nativit, toto feri orbe pulsam. ejectam, ex-
Ff plo.

ANNO CHRISTI 1512. plosam ecclesiam , aucto in immensum Mahumetem , qui , nisi ferro relitto , cursum in pietatis sinum ad aras & Dei pulvinaria redemus , cresceret in dies magis , subigit imperio omnia , orbem universum nostrum impietas ultor impissimus occupabit . Video , video , nisi vel hoc concilio , vel alia ratione nostris moribus modum imponamus , nisi nostram humanarum rerum cupiditatem , malorum fontem , cedere divinarum amoris compellamus actum de republica esse Christiana , actum de religione , actum etiam de iis ipsis opibus , quas patres divino cultu aucto peperere , nos contra , neglecto , amissari sumus . Ez enim ita ex extrema pauperie pervenere ad sumimum , ut non ita multo post interitur esse videantur : ac nisi receptui canamus , nisi rationibus nostris consolamus , infusa illa distissima , cujus ad ornanda sacerdotis tempora usus fuit , vix ad operienda inventiatur . Audite divinas voces undique sonantes , undique synodus , pacem , lanciam illam expeditionem effigiantes . Quando enim vita nostra mollior ? quando ambitio petulantior ? quando cupiditas inflammator ? quando peccandi licentia impudentior ? quando audacia adversus pietatem loquendi , disputandi , scribendi , aut frequenter , aut securior fuit ? Quando in populis rerum sacrarum , quando sacramentorum , quando & clavium & sanctorum praecceptorum non modo negligenter , sed & contemptus major ? Quando apertius religio & fides nostra ludibrio vel tenui plebecule fuit ? Quando , proh dolor , schisma in ecclesia perniciiosius ? quando bellum periculotius ? quando hostis potentior ? quando exercitus truculentior ? quando obiter monstrata , portenta , prodiga tum cali minitantis , tum terra expavescientis , aut crebriora , aut horribilia apparuere ? Quando (heu fietus me impedit) cedes , quando clades , aut post Brixiana , vel postea Ravennate croentior ? quando , inquam , ullus inter insultos dies , quam lancissima illa resurgentis Christi lux , aut luxuosior , aut calamitosior illoxit ? Quz quidem omnia , nisi ferrei sinus , quidam aliud , quam calamitus missa voces sunt ? Voces namque Dei , ut Proclus ait , facta sunt , de quo uno aliunt oracula , quod , Dixit et facta sunt . Et in arcans Hebreorum legimus , decem dictis que in Genesi leguntur , orbem universum esse conditum . Voces igitur sunt , quz fieri cernimus , voces monensis Dei ac precipientis ut synodus habeas , ut ecclesiam emendes , ut utriusque hominis bellum tollas , ut spongia tuae undique lassifite pacem utramque restituas , ut gladios avertas urbis & Italie jugulis imminentes , ut nostram vienes vivendi licentiam , ecclesie vil cera majoribus vulneribus ferientem . Non enim multi refert , quantum agri possidamus , sed quam justi , quam pii , quam divinarum rerum studiosi sumus : ut denique post tot mala , tot incommoda , tot calamitates , principem Christum audias , Petru posteriorque synodum ostendentem , ut unicam omnium malorum medicinam , singularem periclitantis navicula portum , solam reipublice confirmande rationem . Tu inquit , Petre , aliquando conversus , confirmas fratres tuos . Auidis Petre ? auidis Paulus ? Auditis augustinis templa capitla , tutela ac praesidium ur-

A bis Romae ? Auditis , in quem malorum cum vulnus ecclesia vestio fundata sanguine deducta sit ? Videris acies utrimque profigatas , videris cedes ? videris clades ? videris campos occisorum acervis opertos ? Videris terram hoc anno plus cruxis haulistic , quam pluviae ; minus imbricum bibisse quam sanguinis ? Videris tantum occupuisse Christiani roboris , quantum fuerat ad fidei hostem debellandum satiis ? nihil nobis nisi exilium , nihil nisi interitum superesse ? Ferte opem , juvate , succurrите , & quam de Judaeorum & tyrannorum fauibus evictis ecclesiam , nunc domesticis cladibus occupuentem erigite . Orat populus , viri , feminaque , omnis sexus , omnis orbis : rogant patres , obsecrat senatus , obtestatur ipse dominus supplex pontifex , ut se , ut ecclesiam , ut vibem Romanam , hanc templo , has aras , haec sacra , haec vestra ipsorum capita servatis , ne synodum Lateranensem , hodie ante ora vestra a Julio II. pontifice maximo indicem , (quod faustum , felix fortunatumque sit nobis , ecclesie vestre , totique reipublica Christiana) in orbis terra certissimam salutem sancti Spiritus numine firmetis ; curetisque & pacari Christianos principes , & in publicum Christi hostem Mahometem nostrorum regum arma converti , atque his flugibus , his tempestatibus , his aquis , non modo non extingui ecclesie caritatem , sed alme crucis meritum , & divini spiritus dulci , quibus iudicium hodie sacra sunt , abluvi potius ab omnibus conceptis maculis , & in antiquum splendorem munditiamque restituvi .

Dixi .

Habita fuit oratio in eae Lateranensi quinto Nonas Maias 1512.

S E S S I O I.

DIE Lunæ decima mensis Maii , anno , **SESSIO I.** indictione & pontificatu , de quibus supra , congregata fuit sacra & universalis synodus in basilica Lateranensi , presidens prefato sanctissimo domino nostro Julio , celebrata missa de Sancto sancto per reverendissimum in Christo patrem dominum Dominicum episcopum Portuensem , cardinalem Grimatum , seu Ian&i Matci vulgariter auncupatum : habitus sermo per reverendum patrem dominum Bernardinum archiepiscopum Spalatensem . Interfuere infra scripti reverendissimi domini cardinales , patriarchas , archiepiscopi , episcopi , abates , magistri generales ordinum , oratores principum , & alii illustrissimi domini , videlicet :

Episcopi cardinales.

Reverendissimus dominus Raphael Orienensis . Reverendissimus dominus Dominicus Portuensis .

Reverendissimus dominus Jacobus Albanensis .

Reverendissimus dominus Marcus Prenostinus .

Pre-